



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio tertia. Vtrum vno incarnationis sit maxima vnionum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

6 Et si dicatur quod locus est terminus motus localis, & tamen præexistit motus. Dicendum est quod locus non est terminus motus localis, sed esse mobilis in loco, ad quem mouetur, seu vbi, & istud esse nō præredit motum, sed acquiritur per ipsum.

7 Ex eadem radice patet quod vnu naturæ assumpta cum natura & persona assumente est propriæ terminus assumptionis, quia illud solū propriæ est terminus assumptionis, quod acquiritur per actionem. Sed per actionem assumptionis, quantum est de natura talis actionis, nihil acquiritur, nisi vnu naturæ assumptionis, cum natura & persona assumente, ut iam natura humana in se nō subsistat, sed existat in persona assumente, quare &c. Dico autem, quantum est de natura assumptionis, quia si aliqua dona supernatura sit collata naturæ humanae assumptionis: hoc tamen non est ex pura natura assumptionis, sed ex alio dono: ergo sola vnu natura assumptionis cum natura & persona assumente, per quam formaliter natura assumptionis habet esse cum natura & persona diuina, est per se terminus assumptionis.

8 Et si dicatur contra hoc, quia ad relationem non est actio, vel motus, vt dicitur. Physi. talis autem vnu non est, nisi quædam relatio. Est dicendum ad hoc quod sicut vnu fuit lib. i. di. 30. qu. 2. nu. 14. duplex est respectus, vnu, qui est sola denominatio sumpta ex pluribus: & huc sufficit ad prædicamentum relationis, vt similitudo, & qualitas, & huiusmodi. Et talis respectus non est aliqua res præter suum fundamentum, nec ad ipsum potest est motus vel actio. Et de tali respectu vel relatione loquitur Aristo. Physi. Alius respectus est, qui non est sola denominatio sumpta ex pluribus, sed est realis modus essendi, vel per consequens ad fundamento, vt inhærente consequitur per se naturam accidentis, vel per accidens & extrinsecus adueniens sicut vbi, vel etiæ talloco, & tangere & tangi, & tales respectus non semper sunt de prædicamento relationis, & ad eos potest esse & est verus motus, sicut motus localis est ad vbi, tanquam ad terminum extrinsecus, qui locato acquiritur & est in eo. Est enim circumscripicio corporis à loco: locus autem non est terminus motus localis, nisi extrinsecus. Similiter corpora distatia, per motu locali alterius, vel ambo sunt propinquæ, & se tangentia. Et ad hoc terminatur motus, quanvis tangere & tangi non sint, nisi reales modi essendi & quidam respectus extrinsecus aduenientes, nec pertinent ad prædicamentum relationis. Eodem modo cum esse vnu sit quidam realis modus essendi ad ipsum potest terminari actio vel motus. Sed ad vnuum de qua nunc loquimur, quæ est humanae naturæ cum natura & persona diuina, non potest terminari actio naturalis, sed sola diuina quæ potest natura humana dare nouum modum essendi, sicut dat accidenti in facramento altaris: sic igitur natura assumptionis & natura & persona assumptionis sunt quidam extrema vnuionis, sed non propriæ terminus assumptionis, sed solum ipsa vnu.

9 Veruntamen quia ratione vnuionis aliqua coiuerunt dici vnu, quā nō omnino propriæ (magis enim debet dici vnu, quā nō vnu.) Ideo secundū confuetum modū loquēdi potest dici vnu terminata est ad vnu, vel ad vnuitatem in persona: non autē ad vnu in natura. Ad cuius intellectum aduentur est quod natura nominat locum id quod pertinet intrinsecè ad naturā rei, suppositum autem & persona dicunt rem in se, & per se subsistente: sicut enim natura vel essentia absolute respicit esse, sic persona vel suppositus respicit esse per se, & in se esse, propter quod aliqua nō dicuntur fieri, vel esse vnu in natura, nisi dupliciter. Vno modo, quia confutant vnam substantiam, sive sui compositione, sicut materia & forma confituntur substantiam cōpositi, sive sui corruptione, sicut elemēta, constituant naturā mixti. Alio modo dicuntur aliqua vnu in natura, quia non sunt diversæ essentiae, sed vnu est essentia, & reliqui non, sed modus essentiae, sicut fundamentum propriæ non dicit aliam essentiam vel naturam à respectu, & si realiter ab ipso differat, vt oīfēsū fuit lib. i. di. 30. q. 2. Et primus quidē modus affirmatus est. Secundus quasi negatiuus. Simili modo aliqua dicuntur fieri, vel esse vnu in persona, vel in substantia, super quam fundatur ratio suppositi, vel personæ dupliciter. Vno modo, quia ex eis sit vna substantia causaliter, sicut ex hac materia, & hac

Sancto Porciano

forma sit substantia compositi: alio modo, quia vnu habet propriam substantiam, aliud vero non, sed inexistentiam, sicut Sortes & albedo eius.

10 Ex quibus faciliter concluditur quod assumptionis nō est terminata ad vnu in natura, quia natura diuina & humana non possunt esse vel fieri vnu primo modo, quia ex natura diuina & humana non potest cōstitui vna tercia, nec sui cōpositio, quum se non habeant, vt materia & forma, sive vt actus & potentia, sed vtraq; est actu ens, ex quibus sic habitibus se impossibile est aliquam natu ram tertiam cōstitui, neq; sive corruptione, quia nec natura diuina potest transmutari in humana, quum sit inco ruptibilis, nec humana in diuinam, quum sit in generabilis, nec ambas in terram, propter eandem causam: ergo ita modo natura diuina & humana nō possunt fieri, vel esse vnu in natura, nec secundo modo, quia non potest dici quod vnu sit natura, & reliquum non, quia tunc periret veritas incarnationis, & sic nullo modo potest assumptionis terminari ad vnu in natura.

11 Item nec est terminata ad vnu in persona, vt ex ambabus naturis sit causa vna substantia, vel personalitas, quia effectus non præcedet causam, sed personalitas præcessit vnuionem naturæ assumptionis cum natura diuina: ergo assumptionis non est terminata ad vnu in persona, sive p; ex duabus naturis sit causa illa personalitas. Refrat ergo vnuionem sic fuisse terminata ad vnu in persona, vel substantia, & tanta personalitas vel substantia est à persona & natura diuina: humana vero solū inexsistit, & quācum ad hoc degenerat in accidens, licet sit vera substantia.

12 A D primum argumentum dicendum quod in actio ne recipio, id est est agens & terminus extrinsecus, & sic natura diuina, & persona sunt terminus intrinsecus in assumptione, sed naturam humanam esse vnuitatem personæ diuinae est terminus intrinsecus, & per actionem assumptionis acquisitus.

13 Ad secundum dicendum quod ex hoc quod natura diuina & persona præexistunt assumptionis, non possunt esse terminus intrinsecus assumptionis, nec humana natura est eius terminus secundū se & absolutus. Sed vnu eius cum natura diuina & persona, hoc enim fit per assumptionem, & nihil aliud: & ideo cum nihil sit terminus actio nis nisi illud quod sit per actionem, talis vnu est per se, & præcīte terminus assumptionis intrinsecus.

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum vnu naturæ humana ad verbum fit maxima vnuionis,

Tho. 3. q. 2. ar. 9.

Secundū queritur, vtrum illa vnu sit maxima vnuionis. Et arguitur quod sic. Primo per Bern. libro de confirmatione, vbi dicit quod inter omnes vnitates arcem tenet vnu trinitatis, & post eam est vnu dignissima, quæ est in Christo, sed vnu trinitatis, est in creatura, quoniam ergo post illa vnu incarnationis sit maxima, videtur quod inter omnes vnuiones creatarum, illa sit præcipua.

2 Item August. dicit. i. de tri. quod homo potius est in filio, quām filius in patre. Sed pater & filius sunt vnu vnuitate potissima: ergo Deus & homo sunt vnu vnuitate adhuc potiore.

3 IN contrarium arguitur, illa vnu est magis vnu, per quam ex vnuis sit vnu in persona & natura, quām illa per quam sit vnu solum in persona, & nō in natura, sed per vnuionem materiæ cum forma sit vnu in natura & persona, vt in Sorte: per vnuionem autem incarnationis non sit vnu in natura, sed solum in persona, vt pater ex precedente quæstione ergo vnu vnu materiæ cum forma est maior alia.

4 R E S P O N S I O. Dicendum est primum quid sit vnu & qualiter differat ab assumptione. Et secundo videbitur de proposito. Quantum ad primum scendum est quod vnu quandoq; accipitur pro actione, per quā aliqua vnuuntur, quandoq; vero pro relatione, per quam aliquid fortaliter dicitur alteri vnuitum: & iste secundū modus videtur esse magis proprius quā primus, quia actio per quam aliqua vnuuntur magis propriæ videtur importari nomine vnuionis, quām nomine vnuionis, quandoque tamen vnu accidens.

accipitur pro alio. Si ergo unio accipiatur pro actione, sic differt ab assumptione duplicitate. Vno modo sicut differt superius ab inferiore, quia unio est plus quam assumptio. Omnis enim assumptio est unio. Sed non omnis unio est assumptio. Est enim unio materiae cum forma, subiecti cum accidente & corporum per contractum, colligatum & huiusmodi, ubi nulla est assumptio, prout de assumptione loquitur. Secundo modo differunt etiam, quia concurrunt in idem secundum numerum, quia assumptio importat actionem, per quam aliqua vniuntur cum determinatione virtutis extremae hac (scilicet) quod vnum extremorum est paucum, aliud vero agens: est enim assumptio aliquis ad se sumptio, unio vero importat solum actionem, per quam aliqua vniuntur, absque tali determinatione, sed cum omnimoda indifferencia ad virtutem.

5 Ex quo sequuntur duo. Primum est, quod etiam in eadem actione, puta in incarnatione verum est dicere quod omne assumens est vniuers ratione actionis. Sed non est verum dicere quod omne vniuers sit assumens ratione extremitatis, quod includit in assumptio, non autem in vniuers. Vnde pater fuit vniuers naturam humana diuine, sed non fuit assumens, quia assumens dicit vniuers aliquid sibi: patrem autem non vniuer natum humana sibi, sed filio. Secundum quod sequitur est quod assumens non potest dici assumptio vniuers, nam bene potest dici vnitum, si cut filius dicitur vniuers sibi naturam humana, & vnitus naturae humanae. Sed sic dicitur assumens, quod non dicitur assumptus. Et causa est, quia assumptio differenter res pictrum, unio autem indifferenter.

6 Si autem unio sumatur pro relatione, sic differt ab assumptione, sicut terminus ab actione & passione quam terminat, sicut dictum fuit in praedicto, quod est. Et quia actio & passio differunt respectu agens & pasuum, relatio vero similius nominis (vt est unio) qualiter recipit vtrum que extremi: ideo quilibet extremorum dicitur vnitum, sed non assumptum, sicut filius Dei dicitur vnitus humanae naturae, sed non assumptus & sic patet primum.

7 QVANTVM ad secundum, sciendum est quod cum ratio actionis sumatur ex termino. Unio autem, vt dicit relationem, Ideo totum iudicium in hac questio debet sumi ex vniione, que est relatio. Dicendum est ergo quod vnius ex incarnationis non est maxima vniuersum creantur, quantum ad rationem vniuersi intrinsecam, est tamen maxima secundum dignitatem. Primum patet, quia per vniuersum dicuntur alii vniuers: ratio autem eius est ratio indissimilitudinis: ergo illa unio est maxima, cuius extrema magis & intimius efficiunt vnuum. Sed extrema multarum vniuersum (puta materiae cum forma) magis & intimius efficiunt, vel efficiuntur vnuum, qd extrema incarnationis: coiffunt enim vnuum per essentiam: vnuum etiam non potest separari ab altero, sicut materia a forma salua consistentia, & natura sua, quod est signum magnae intimitatis: inter extrema autem incarnationis non est talis vnitatis, nec talis intimitas, quia nec coiffunt vnuam naturam, nec vnu est inseparabile ab altero: ergo unio materie cum forma est maior quantitate ad rationem vniuersi quam unio incarnationis. Unio tamen incarnationis est major, quoad dignitatem, propter nobilitatem extremorum, & propter utilitatem finis, ad quam talis unio ordinatur.

8 ET secundum hunc sensum intelligendum est distinctum beati Bernardi, quia unio incarnationis post vniuersum trinitatem tenet arcem, quoad dignitatem, non autem quoad rationem vniuersi.

9 Aliud quod dicit beatus Aug. quod homo est magis in filio, quam filius in patre, intelligendum est non simpliciter & absoluete, sed quoad unitatem personae, quia idem personaliter est Deus & homo, non autem sunt idem personaliter pater & filius.

Sententia huius distinctionis. VI.

in generali & speciali.

EX praemissis autem emergit. Superioris Magister determinauit de incarnatione filii Dei. hic incipit determinare conditiones Dei incarnati. Et dividitur in duas. Primum determinat de his quae coenuntur in carnato Deo ratione vniuersi. Secundum de his quae pertinet absolute ad naturam assumptionis, dist. 1. Prima ibi, sciendum est Chri-

Quæsto III.

sum, &c. Prima in duas. Primum determinat de his quae continentur de Deo incarnato experimentis vniione, sicut cum dicitur filius Dei est filius hominis, & Deus factus est homo, & homo est Deus. Secundum determinat quae ei coenuntur consequentia ad vniione dist. 2. Post predicta inquiri debet. Prima in tres. Primum mouet questionem de propositionibus experimentis vniionem. Secundum ponit diversas opiniones diuinæ vnionis ibi, Alii raineri dicunt. Tertio ostendit quomodo intelliguntur diversimode predictæ locutiones secundum diversas opiniones, dist. 7. Secundum personam dicitur vero. Prima vero pars cum secundum est principium lectionis, quarum prima remanet indisputata. Sed secunda dividitur in sex. Primum ponit vnam opinionem. Secundum eius confirmationem ibi, & ne suo lenit. Tertio ponit opinionem secundam: Sunt tamen alii. Quartus subdit eius confirmationem ibi, de hoc enim Augu. Quinque ponit tertiam opinionem ibi, sunt autem & alii. Sexto subdit confirmationem eius ibi, ne aut illis de suo. Hæc est sententia & diuisio lectionis in generali.

2 SENTENTIA autem in speciali est ita, non secundum ordinem literarum, sed ut planius intelligantur opiniones quas magister recitat in litera, procedens sic. Primo narrabimus tres opiniones quae ponuntur in litera, ostendendo quid vnaquæque opinio ponit. Et secundo in quibus conueniunt. Et tertio in quibus differunt. Ponit ergo primas opiniones quatuor. Prima est, quod & anima & corpus prius ordine naturæ, non temporis fuerunt ad inuicem sibi vnitæ ad constitutandam hominem, ac deinde homo constitutus ex eis fuit à verbo assumptus, & quia homo nomen est suppositi, ideo secundo ponit hæc opinio, quod in Christo fuerunt duæ supposita, vnum creatum, quod est homo quod subsistit solum ex duabus subsistentiis (ex anima scilicet & corpore, non ex deitate.) Et aliud in creatum, quod est filius Dei, quod subsistit solum in natura diuina. Et isti quanquam ponantur in Christo duo supposita, non ponant tamè duas personas, sed vnam tantum (scilicet personam verbi) quia suppositum hominis non dicunt esse personam, quia vnuum est digniori (scilicet supposito divino.) Persona autem dicit suppositum ad dignitatem pertinentis. Quia etiam ponunt distinctionem suppositorum. Ideo dicunt tertio, quod proprietates vniuers non copertur alteri absolute, sed cum reduplicacione, sicut non est dicendum quod iste homo demonstratus Christo est eternus, vel filius Dei incepit esse, vel est mortuus nisi sub hoc sensu iste homo qui dicitur filius Dei, est eternus, vel filius dei, qui dicitur iste homo incepit esse, vel est mortuus. Dicunt enim quod non obstante distinctione suppositorum vnuum dicitur de altero, non propter unitatem suppositi, sed propter maximam unitatem gratiae & affectus, secundum quem modum quem dicitur in Pia. Ego dixi, dicitur. Quartus ponit hæc opinio quod persona verbi non fuit magis composita post assumptionem quam ante, quia homo assumptus non pertinet ad unitatem suppositi vel personam diuinam, & ideo per eius assumptionem persona diuina non est magis composta, sed aquilæ simplex, ut prius. Secunda opinio ponit quatuor. Primum est, quod corpus & anima fuerunt prius natura vnta ad constitutionem humanae naturæ, & non alii eius suppositi: & sic à verbo fuerunt assumpti. Secundum est, quod in Christo non est nisi vnuum suppositum, & una persona subsistens in duabus naturis (diuina scilicet, & humana.) Tertium est, quod propter unitatem suppositi in duplice natura, de illo possunt propriæ dici adiectiva significativa proprietates vtriusque naturæ, sive suppositi importentur per concretum vnuum naturæ, sive alterius, ut dicenda. Deus est paucus, vel iste puer est eternus. Quarum est, quod persona verbi per incarnationem facta est cōposita, quod prius erat simplex sub hoc sensu, quod persona verbi ante incarnationem subsistebat tantum in una natura: post incarnationem vero subsistit in duabus. Tertia opinio similiter ponit quatuor. Primum est, quod anima & corpus diuina ab inuicem & sine ulla compositione inter se fuerunt à verbo assumpti. Vnde cum dicitur quod filius Deus assumpsit humanam naturam intelligendum est secundum ipsos materialiter (id est, partes humanae naturæ) sicut partes domus dicuntur domus. Secundum est quod hec duo scilicet anima & corpus fuerunt vnta verbo solum accidentaliter per modum extrinseci habitus, sicut vestis vnitur